

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce  
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte  
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi  
coadiutoris**

**Juan <de la Cruz>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1639**

Contra Carnem & sensualitatem. Ribus se cautelis munit oportet, qui de  
se ipso ac sensualitate propria (quæ est tertius animæ hostis) desiderat  
reportare victoram.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37873**

Nisi hac in revim intuleris tibi , ita vt eo  
vi que peruenias , quod tibi perinde sit  
(quatenus ad tuum priuatum sensum  
spectat) vtrum is vel ille Prælati lōcum  
teneat ; nullatenus esse poteris spiritua-  
lis, neque vota tua fideliter custodire.

## CAVTELA III.

**T**ertia cautela , directe contra dæ-  
monem pugnans, est : vt seriò stu-  
deas te ipsum iugiter humiliare verbo &  
opere; de aliorum bonis ita congaudens,  
scitudo tuis ; cupiensque vt in omnibus

rebus illi præferantur tibi, idque sincero  
corde. qua ratione vinces in bono ma-  
lum, Dæmonem procul pelles cordisque  
possidebis letitiam. Et hoc ipsum præ-  
stare stude erga illos potius, quibus mi-  
nus afficeris, quam erga alios: certo tibi  
persuadens, quod nisi hoc pacto te gesse-  
ris , nec ad veram peruenturus charita-  
tem, nec in ea progressus facturus sis. A-  
ma semperedoceri potius ab omnibus,  
quam velle docere etiam omnium mini-  
mum..

*Contra Carnem & sensualitatem.*

**A**ribus se cautelis muniari oportet , qui de se  
ipso ac sensualitatē propria (quæ est tertius a-  
nimæ hostis) desiderat reportare victoriam.

## CAVTELA I.

**P**rima cautela sit : vt tibi persuadeas  
alium ob finem ad monasterium te  
non venisse, nisi vt polaris , & exagiteris  
ab omnibus. quare vt subterfugias im-  
perfectiones & inquietudines, quæ circa  
conditionem & conuersationem. Reli-  
giosorum possent contingere ; vtque ex  
omnibus euentibus fructum percipias;  
conuenit te cogitare , omnes quorundam  
sunt in monasterio , esse officiales sive  
ministros ad exagitandum te missos, sic  
uti reuera sunt. ab his enim exercendus  
es verbo, ab illis opere, ab alijs cogitatio-  
ne aduersum te : in quibus omnibus ita  
subditus esse debes, quemadmodum i-  
mago vel statua sculptori , pictori , &  
inaueratori subiicitur. Quod nisi fideliter  
obseruaueris, neque propriam sensuali-  
tatem ac sensus superare , neque in mo-  
nasterio cum Religiosis, sicut par est, co-  
uerfari , neque sanctam adipisci pacem,  
nec denique innumera offendicula , &  
mala deuitare poteris.

## CAVTELA II.

**S**Ecunda cautela sit: vt nunquam facere  
prætermittas opera ob gustus vel sapo-  
ris defectum, si ad Dei seruitium illa fieri  
expeditat; neque illa facias ob solam sua-  
uitatem & saporem, quem ex illis percipis,  
nisi forte illa facere expediat æque ac in-  
sipida. Etenim nisi hoc efficias , fieri non  
potest ut animi constantiam acquiras, &  
superes infirmitatem tuam.

## CAVTELA III.

**T**ertia cautela sit: quod vir spiritualis  
nunquam in suis exercitijs debet col-  
limare oculos ad illorum gustum & sa-  
porem, vt ei inhæreat, eoque intuitu solo  
talia exercitia præstare; neq; quod in eis  
amarū est subterfugere, quin imo quod  
laboriosum & insulsum est, debet inqui-  
rere, & amplecti: sic enim coercetur &  
frenatur sensualitas. Alias enim, nec a-  
morem proprium superabis , nec Deia-  
morem lucraberis, vel consequeris.

FINIS.

S E N T